



Et hoc intelligendum est in omnibus diplomatibus, vbi nullum temporis spatium definitum est.

b) *vel terminus dabatur*, isque varius vt

1) *obfidui* in dipl. a. 1318. ap. LEHMANN *Chron. Spir.* l. 7. c. 24.

2) *mensis* in dipl. cit. ap. SCHATEN P. II. L. XI. et in literis *Wenceslai* Elect. Sax. a. 1379. *quatuor hebdomades* ap. MULLER l. c. III. p. 15.

V. Monitio fieri poterat, quomodocunque monenti placeret. Ita legitur in Dipl. *Vlrici de Seckendorf* ap. OETTER in *Versuch einer Geschichte der Burggr. zu Nürnberg*. III. p. 223.

wie die manung geschehe —

Plerumque tamen diligentius praescribatur modus vt ap. LONGOL. X. p. 201.

mit briuen ader potten zu hausf zu hofe müntlich vnter augen ader wie jn solche manung geschicht.

Eadem fere verba in alio leguntur diplomate ap. CRVSIVM in *Ann. Sueu.* L. III. P. 3. p. 227.

die kauffer sollen Gewalt haben, die Burgen zu mahnen zu hauffe oder zu hofe oder an den Oegen mit ihn selbir oder mit ihren botten.

Igitur vel ipsi, vel per nuntios, vel per literas de obstagio praestando, monebant eos, quibus illud subeundum erat. Literas monitoriales vide ap. GERKEN n. 2. 4. 5. et 6. p. 78. sq.

§. XI.

Vt obstagium, ¹commonitione accepta, praestari possit, indicabatur locus ad introitum:

I. Id fiebat

1) plerumque statim in diplomate, quo quis ad obstagium se obligabat.

2) non-